datur, & cõceditur ſuperioribus Mẽdicãtiũ in vtroq; foro,ſunt in multiplici differentia. ¶ Primo ſunt fratres eiuſdẽ Ordinis. ¶Secundo alterius Ordinis de licẽtia ſui prelati deputati tamen conuerſioni Indorum. Qui nõ ſolum ſunt,qui callent Indorum linguam & Idioma, ſed etiam alij, qui eos aſſociant ad hoc, vel domum ſeruando, pueros docendo, & inſtruendo in doctrina Chriſtiana,vel in arte ſcribendi,pulſandi, aut pſallendi: qa ſine his non poſſent primi exercere cõuerſionem Indorum, aut illi continuò intendere. Item quia priuilegiũ conceſſum ſcholaribus extenditur ad commorãtes in ſtudio cum eis quia largê poſſunt dici ſcholares:quod tenet gloſſa cap.1. de locato & Panor. ibid. nu. 9. Deinde quia hæc facultas & poteſtas conceditur ſuper fratres, & ſuper omnes Chriſticolas fratres commitantes ad opus conuerſionis: ergo ad fratres ſubditos, qui commitantur ceteros in tã præclaro & precellenti Miniſterio.¶ Et.3.ſuper Indos.Et adhoc ſufficit,quod expediat Indorum conuerſioni,vt poſsint præfati prelati vti poteſtate dicta, l. quod ſimiliter expediat manutẽtioni, & profectui eorum infide & obedientia Eccleſiæ

Roma